



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

IX. De probationibus & depositionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## TIT. VIII. DE JURAMENTO CALUMNIAE.

§. 4, Calumnia juramentum & de veritate dicenda in appellationis causa & in quavis judicij parte praestari.

Addit & juramentum calumniae in causa appellationis repeti debere, c. 2, in pr. eod. in 6, iud. & in quavis judicij parte praestari posse, c. 1, & 2, in fine eod. in 6. Quod & observandum est in juramento de veritate dicenda, cod. c. 1, & 2. Juramentum veri malitia potest iudex exigere a partibus, quoties expedire viderit; etiam si antea de calumnia vel veritate juratum sit, juxta text. in d. c. 2, §, fin. ut in e. 4. Ext. De except. in c penult. Deter-  
minat in l. fin. C. De fide instrum.

§. 5, Calumnia juramentum tacite omitti posse.

Et licet consuetudo sive conventione non valeat, ne juramentum calumniae praestetur, c. Ceterum §, Ext. eod. & d. l. 2, §, sed quia C. eod. attamen obti-

nuit, ut juramentum calumniae tacite in tota causa omitti possit neque ob id processus judicia-  
rius infirmatur, c. 1, paragr. 1, eod. in 6.

§. 6, Pœna recusantium juramentum calumniae.

Pœna detrectantis juramentum calumniae, si actor est, ab instituta actione cadit: si reus, pro confessio habet, c. fin. paragr. 1, Ext. eod. & d. l. 2,  
paragr. quid si actor, & utrobius Dd. & d. Aut Prin-  
cipales. Vide quo de hac materia habet Andr. Gail. lib.  
1, Obser. 83, cum obser. seq.

### NOTATIO IN TIT. 8.

a Imd. & ab ipsis Advocatis est praestandum juramen-  
tum calumniae, ex prescriptio l. 2. & l. ix, C. De jure  
jur. propter calum. Sed cum hodie Advocati in judi-  
cio non amplius causas perorant, sed domini consuluntur,  
ideò hoc juramentum non prastant.

## DE PROBATIONIBVS ET DEPOSITIONIBVS.

### TITULUS IX.

#### §. 1. Probatio quid, & quatuorplex.

Hinc ad Probationes decurritur, quibus rei in controversiam deductæ fides adstrui-  
tur, l. 1, & passim D. De probat. l. 1, C. eod. l.  
Duo sunt Titii 39, D. De testimoniis can penult. xxx. q.  
5. Varie que inducuntur Probationes; aut per te-  
stes; aut per instrumenta; aut per iurandum;  
aut per presumptions; aut per ocularem inspec-  
tionem; aut per famam publicam, concurrenti-  
bus alii in dicti, l. 3, paragr. ejusdem D. D. testim. c.  
Cum causam 13, Ext. De probat.

§. 2. Positiones in subsidium probationis introduc-  
tas sunt.

Sed quia confessio adversarii in judicio facta  
agentem obere probationis relevat, (siquidem  
confessio iure pro judicatis habentur, l. unica  
C. De confess. l. Postrem 56, D. Diversi iud.) ideo d. usu  
forensi receptum est, ad facilitatem expeditionem  
litium, ut positiones ab auctore praemittantur,  
quibus nuda facti narratio articulatim proponi-  
tur ad elicendam veritatem ex reo, c. 8o & §, &  
qua positiones De verb. sign. in Clem. videb. Glos. Si  
quidem teneret reus vel procurator ipsius, inter-  
rogatus jussuque à iudice, non respondere: alioqui  
si absque rationabili causa recusa verit, aut nolue-  
rit, seu contumaciter se absentaverit, pro confess-

so habetur, quo ad illos articulos, de quibus in-  
terrogatus fuit, c. 1, De confess. lib. 6, utique a de-  
licer positiones sint facti negativi, quod probatio  
aliter non potest, quam per confessionem adver-  
sarii; idque si suscitent a quibus judicii, c. 1, eod. tit.  
De confess. in 6.

§. 3. Positiones non admissa probanda sunt.

Quas vero positiones reus inficiatur, aut sal-  
tem non admittit, illæ in modum articulorum  
ab auctore comprobande sunt, vel testimoniis, vel  
instrumentis, vel alio genere probationis; sicut  
initio hujus Tit. monuimus. Vide latius de hanc ma-  
teria And. Gail. lib. 1, obf. 79, & Specular. de Positione.

§. 4. Reus an ad editionem instrumentorum te-  
neatur.

Cæterum ad dubitati posset, an sicut reus po-  
sitionibus auctori respondere cogint, ita quoque  
ad editionem instrumentorum vel testimoniis, qui-  
bus instruatur auctori, constituti possint. Et magis  
est, non posse, c. 1, Ext. De probat. l. 13, 4. C. fin. C.  
Diversi & l. Nimiris grave 6, C. De testim. Cum ni-  
mis grave esset reo, arma, quibus oppugnaretur,  
aut administrari auctori, d. l. Nimiris. Nisi instru-  
menta essent auctori propria, aut utriusque tan-

z. 2. 2. 1

actori quām reo communia. Nam his casibus reus ad exhibendum & ad communicandum instrumenta cogendus est, c. C, Perpetuus 12, Ext. D<sup>e</sup> fide instrum l. Si qua sunt s, D. Famili. ercise. l. Prc<sup>r</sup> curator 7, C, De edendo.

## DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

## TITULUS X. |

§. 1. Deus testium: & duos testes in quaevi causa ut minimum requiri.

**T**estium usus omnium frequentissimus est, non solum in civilibus, sed & in criminalibus judicis, l, in pr. D, De testib l fin. C, De probat. c Super 13, c. Testimonium 54, Ext. hoc tit. ut tamē ad probandam causam duo ut minimum testes adhibeantur, c. 23, Ext. eod Quid licet quādam causa sit, quā plures quam duos testes desiderant, quā recentur à Glo. & ab aliis add. c. Licet; nulla tamē est, quā unius testimonio (quamvis probatissimo) decidi possit, d. c. Licet, c. Veniens 10, c. Cum à nobis 28, Ext. eod. can Placuit II. q. 4, l. Iurisurandi 8, hoc tit.

§. 2. Testimonii dictio est editi prohibitorii.

Ad personas testium quod artinet, cum editum de testibus prohibitorium sit, omnes in testes recte adhibentur, quibus non est interdictum testimonium, l, i, D. eod.

§. 3. Quinon possint esse testes.

Interdictum est autem servis, cap. Forus 10, §. 2, testes Ext. De verb. sig l, Servi 7, D, hoscit. impuberibus, l, 1, §. legi, l, Inviti 19, D, eod. (non item puberibus, praterquam in causa criminali ante vigescium annum, l. In testimonium 10, D, eod.) furiosis, paragr. furiosus insit. De inutili stipul liberis & parentibus pro vel adversus si in vicem, etiam violentibus, l, Parentes 5, C, eod l, Testis 1, D eod. item de crimine convictis aut confessis, cap. Super 13, Ext. eod. junge omnino cap. Testimonium eod. infamibus, l, 3, §. lege Iulianae fine D eod. & d, cap. Testimonium, domesticis, l, fin. D, eod l, 2, C eod. cap. In literis 24, Ext. eod. hæreticis adversus orthodoxum, can. Schismatis 11 quæst. 7, & Novell. 45, Sed an mulieribus Minimis, cap. Tam literis 21, cap. Quoniam 3, Ext. hoc tit. cap. 2, De judic l 6, & l, Ext. o: 8, D. De testib. juncta l. 1, D, eod. licet aliquid in quo videantur textus alibi, in cap. Forus 10, paragr. testes autem Ext. De verb. signis in can. Mulierem xxxviii. quæst. 5, qui singulati jure exaudiendi sunt, Vide hic in notat. a

§. 4. In matrimoniali causa admittuntur parentes & consanguinei.

In matrimoniali tamē causa, ubi de consanguinitate quæstio est, parentes; & bis deficienibus, proximiores cognati recte in testes adhibentur: cum hi genealogiam suam magis quam alii extranei perspectam habent: adeo quod nos obster ipsiis juris regulis, quā pater in causa filii, filius in causa patris prohibetur esse testis; quod ad alios causas pertinet, c. 3, Ext. Qui matrem accusat, can. 1, & l, xxxv, quæst. 6, juncta d l, Parentes & l, Testis & cap. Lices ex quædam 47, Ext. hoc tit.

§. 5. Socii testimonium in causa socii relictus item ad vocati & procuratori: secus ejus. quæst. ejusdem universitatis.

Sed & socii testimonium in causa socii refutatur, sive sit socius ejusdem criminis, cap. Quoniam 11, hoc tit cap. Veniens 10, cap. Personas 20, Ext. eod. Exceptio casum conjurationis, de quo in cap. 11, Ext. De testib. cog. 5ive contractus, l, 3, D, eod can. Si testis parag. in testib. 1. quæst. 3, latr. Farinac. in tract. de testib. 2, l. 6, quæst. 60, & multò magis si quis in re propria testis audit velit, l. Nullus 10, D, eod. l, Omnis 9, C, eod. Unde neque advocatus, neque procurator in ea causa, in qua patrocinium præstant, testes audiuntur, l. fin D, eod cap. Insuper Ext eod. & ne quidem cessante officio in appellationis judicio, cap. 3, eod. t in 6, Diversum est in iis, quia ejusdem Collegii vel Universitatis sunt, qui in causa Collegii vel Universitatis recte adhibentur testes, si alio non obstat, d. c. Insuper, cap. Cum nuntius 12, cap. Thys 37, Ext. eod. cap. Eisi Chrysma 26, Ext. De jure. Siquidem quāz Collegii vel Universitatis sunt, singulorum minime censentur, l, In tantum 6, §. 1, & ibi vide latius Bart. D, De rer. divisi l, Sicut 7, D, Quod cuiusque universi addit & Felin. ad d. c. Insuper.

§. 6. Qualitates testium consideranda.  
In ceteris quoque, cum tota testimonii vis ex per-